

cunda Gallorum Macedonica, a. 110 fuit in Dacia (cf. *supra* N. 2004). — 7) Cf. not. 6. — 8) Cf. not. 2. — 9) *Consul suffectus a. ut videtur 79* (cf. *supra* N. 1994), *legatus exercitus Africani eo ipso anno 79* (cf. VIII S. 22060). Postea (a. 98) *rexit Pannoniam* (III p. 862 dipl. mil.). — 10) 16. Sept. (de Octobri mense Domitiano dicto Suet. Dom. 13. Dio 67, 4; accedunt complures papyri in Aegypto rep., de quibus cf. Mommsen Ges. Schr. VI 119). — 11) *Par consulum praeterea ignotum* (de Basso cf. *supra* N. 5840; *Silius Decianus inter maiores videtur fuisse Pompeii Falconis et Sosii Prisci* *supra* N. 1035. 1104; cf. *praeterea* XV 7302). — 12) L. in *scriptura interiore non omnino certa, in exteriore perit.* — 13) *Tribus Pomptina indicat Cilnium fuisse ex Arretio, ubi gentem Cilniam floruisse notum est.* — 14) *Plerique ex his testibus* (scilicet omnes *praeter C. Iulium Saturninum et L. Pullium Heraclam*) *noti etiam ex aliis diplomatis eiusdem aetatis* (cf. Bormann l. c. p. 179); ita Q. Aemilius Soterichus *signavit etiam supra* N. 2003, P. Caulius Vitalis *supra* N. 2001. 2003. Cf. *supra* N. 1995 not. 10.

9054 imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. IIII¹, p. p., cos. III, equitibus et peditibus, qui militant in alis tribus et cohortibus viginti et una², quae appellantur (1) *praetoria* et (2) I³ *Claudia nova* et (3) II *Pannonicorum*, et (1) I *Flavia Bessorum*⁴ et (2) I *Thracum* c. R.⁵ et (3) I *Flavia Hispanorum*⁶ et (4) I *Antiochenium* et (5) I *Lusitanorum* et (6) I *Montanorum* c. R. et (7) I *Cisipadensium* et (8) I *Cretum* et (9) I *Vindelicorum*⁷ et (10) I *Thracum Syriaca*⁸ et (11) I *Cilicum* et (12) II *Hispanorum* et (13) II *Gallorum Macedonica* et (14) II *Brittonum*⁹ c. R. p. f. et (15) II *Flaia Comagenorum*¹⁰ et (16) III *Brittonum* et (17) IIII *Raetorum* et (18) V *Gallorum* et (19) V *Hispanorum* et (20) VI *Thracum*¹¹ et (21) VII *Breucorum* c. R.¹², et sunt in Moesia superiore sub C. Cilnio Proculo¹³, item dimissis honesta missione, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuisserunt cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. VIII idus Mai., T. Pomponio Mamiliano, L. Herennio Saturnino cos.¹⁴

cohort. I *Antiochenium*, cui *praest* M. Calpurnius Sabinus, pediti: Sapiae Sarmosi f., Anazarb.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae¹⁴ in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Pompei Homeris¹⁵ — A. Ampi Epaphrodit — Ti. Claudi Vitalis — C. Iuli Aprilis¹⁶ — C. Vettieni Modesti¹⁷ — L. Pulli Verecundi¹⁸ — L. Pulli Sperati¹⁹.

Diptychon aeneum, Sisciae rep. a. 1909, est Agrami in museo (Brunšmid Vjesnik hrvatskoga archeološkoga društva nov. ser. II, 1911 p. 24 seq. cum imaginibus). — 1) A. 100. — 2) Eadem alae tres, ex XXI cohortibus non plus novem recensentur in simili constitutione ad eundem exercitum pertinente N. 9053.